

subinde progressi sint in artis ejus augmento atque splendore Ægyptii, eorum Pyramides, Obelisci, Mæridis lacus, Labyrinthe superba moles, aliaque monumenta declarant, & quantum intra tempus non adeo longum Architectura promota sit, plane evincunt.

Architec-
tura Sa-
cra.

Sed non dum ea, quam nunc maxime suspici-
mus, operum proportio, formarum singularium ac-
curatio & gratia, totiusque alicujus fabricæ amœna
& commoda distributio viguit, priusquam Mosaici
Tabernaculi, Salomonique templi exemplar, utrum-
que Divini opificii symbolum orbi monstraretur. Do-
cemur e Sacris paginis, quam ipse DEUS O. M. omni-
bus & singulis operariis scientiam indiderit ad ex-
equenda opera Divino suo cultui consecranda *, ut
manifestum sit hominibus, ut cum viro sanctissimo ac
peritissimo Clemente Alexandrino loquamur, quod
a DEO sit, quæ arte fit, & est sapiens cogitatio **.

Stu-

* Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: ecce vocavi ex nomine Basileel filium Uri filii Hur de tribu Juda, & implevi eum Spiritu DEI, sapientia & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabrikeri potest ex auro & argento, & ære, marmore & gemmis, & diversitate lignorum. Deditque ei faciem Osliah filium Achimech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditus posui sapientiam, ut faciam cuncta, que precepisti tibi. Exod. 31. v. 1.

Dedit autem David Salomoni filio suo descriptiōnē porticus & templi &c. omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris. I. Paral. C. 28. a. v. 11. ad 20.

** Οεδει δὲ τεχνικὴ καὶ σοφὴ ἐπίσημα. Strom. L. I. pag. 330. edit. Oxon. 1715.

Stupenda ea omnis elegantioris, quam vel in hunc diem ostentare orbis potest, Architectonices exemplaria, solertissime expressa, descriptaque habemus a R. P. JOANN. B. VILLALPANDO, socioque P. PRADO in Explanacione in Ezechiele. Tom. II. * a LUDOVICO CAPELLO tam secundum laudati Vil-
lapandi mentem, quam Josephi, & Judæorum de-
scriptionem data **, in Celeb. GOLDMANNI opere
Architectonico a Cl. Leon. STURMIO publici juris
facto ***, & R. P. Bernar. LAMY Congreg. Orat.
Presb. Libris de Tabernaculo fœderis, de sancta Ci-
vitate Jerusalem, & de templo ejus.

A structuris tanta elegancia, atque magnificentia claris ornamenta reliqua omnia, atque perfectiones videntur deinde fuisse deprompta. Græcia denique ut artium pene omnium, ita & architecturæ summas leges & complementum dedit.

4. Architecturam omnem tum quoad monumen- Archite-
torum diversitatem, tum ratione temporum, quo ea-
floruerunt, quadruplicem potissimum confide-
ramus antiquissimam, antiquam, goticam, & modernam.

ctora Hi-
storica
Divisio.

A 3

An-

* Templi Hierosolymitani forma exhibetur in fronte partis III.

** BRIANI WALTONI Biblia Sacra Polyglotta.

*** Vollständige Anweisung zu der Civil-Baukunst. Braunschweig 1699.